PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 101r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



commorantes excitari pauore ingenti
uelut amentes ad ecclesiam cucurrerunt
Stant itaq; omnis circa ecclesiam strepitus ue-
hementes. campanarumq; sonitus audien-
tes. Diuinam quidem exorant clementiam
Quatinus cur ista fiant debeat reuelare
sed nullum ex audicionis sentiunt ad iuuamen
Diluculo hoc cessante cunctaq; fuerant in
ecclesia Reperiunt reuoluta et quasi undiq;
flammis ignium uiolata Ad hoc memo-
ratus pontifex orationes indicens populo Quod
sequenti eueniat nocte precipit expectari.
Ne nimis succumbam uerbis. sequenti noc-
te duplex strepitus et pauoris tribulatio
est secuta Qua de re repletus populus
amaritudine et dolore. cernens nullum
sibi a domino adiutorium euenire. Sicut vul-
nerati qui in monumentis proiecti dor-
miunt existebant. Die autem elucescente
omnibus in ecclesia orationibus congregatis glo-
riosus hieronimus subito septies sole splen-
didior in ecclesiam ueniens. ad altareq; gra-
diens Cunctis uidentibus et mirantibus
per horam forte subsilencio manens obstu-
pente populo. hoc propter sacerdotis illius mi-
serum cadauer sacris indigne locis condi-
tum ad terrorem peccancium contigisse inti-
mauit Eidemq; mandans ut cadauer miserum